

235
5
Q. B. V. D. O. M.
DISSERTATIO MUSICA,
DE
BASSO
FUNDAMENTALI,
QUAM

Cum consensu Ampliss. Senatus
Phil. in Reg. Acad. Upsalensi,

Sub PRÆSIDIO
VIRI CELEBERRIMI,
MAG. ERICI
BURMAN,

Astron. PROF. Reg. & Ord.
Facult. Phil. h. t. DECANI Spectabilis,
Publicæ bonorum censuræ modeste
submittit,

Pro summis in Philosophia honoribus
ALUMNUS REGIUS
ANTONIUS LÖFGREN
DALEKARLUS.

In Aud. Gust. Maj. d. 31. Maji A. 1728.
Horis ante meridiem conservatis.

UPSALIAE, Literis WERNERIANIS.

SÆ RÆ M;TIS
MAGNÆ FIDEI VIRO,
Reverendissimo
PATRI AC DOMINO,

Dn. SVENONI
C A M E E N,
S.S. Th. DOCTORI Celeberrimo,
Diœcœsos Westmaño-Dalekarlicæ
EPISCOPO Eminentissimo, Ven. Con-
sist. Aros. PRÆSIDI Graviss. Gymnas.
& Schol. EPHORO Adcuratissimo,
MÆCENATI SUMMO.

*S*atis superque mihi con-
stat, Te Reverendissime
Pater, maxima cu-
rarum mole adgravatum esse. Du-
bius ideoque diu hasitavi, an citra
temeritatis notam Te hujus opu-
sculi dedicatione interpellare aude-
rem. At immenso illo favore, quo
omnes Musarum cultores ample-

S:Æ R:Æ M:TIS
MAGNÆ FIDEI VIRO,

Summe Rever. atq; Amplissimo
DOMINO,

IDN. NICOLAO B A R C H I O,

S. S. Th. DOCTORI Celeberrimo,
S:æ R:æ M:tis a Sacris SUPREMO,
Ven. Consist. Urbici PRÆSIDI, nec
non Stockholmensium PASTORI
Primario.

MÆCENATI MAXIMO.

Audacia sane argui
videor, quum nego-
tia Tua, Mæcenas
Maxime, viles basco pagellas of-
ferendo, interrumpere sustineam.
Verum enim vero gratia illa, quam
a puero mihi exhibere non de-
dignatus es, facilem indulgentia
aditum mihi pollicetur. Hac ita-
que

Eti soles; erexitus, ut Bassum hunc
Fundamentalem Tibi, Mæcenas
Optime, qui etjam Basis ipse est
Columen es Ecclesia nostra West-
manno-Dalekarlica firmissimum,
adscribendum censui. Accipe ita-
que Reverendissime Pater, offe-
rentis donum, non quod nitore suo
audacia veniam mereatur: sed
quod magni adeo Viri ex tenui
quoque indicio soleant humillimam
clientum perspicere mentem. De
cetero, ad supremum Numen cas-
lidissimas fundo preces, ut tam
splendidum sidus in Ecclesia West-
manno-Dalekarlica quam diutissi-
me lucens esse jubeat, quo Familia
Tua Nobilissima, nec non clientes
Tui omnes, de incolmitate Tua
sibi possint gratulari.

Reverendissimi Nominis Tui

cujus & cliens humillimus

ANTONIUS EDSEOR

que freat, leve quod vides, char-
taceum opus Tibi, Mæcenas Ma-
gnæ, adscribere audeo, humillime
rogans, velis, Mæcenas Optime,
illud serena respicere fronte, at-
que in posterum non minus quam
hucusque, spes meas Patrocinio
Tuo fovere. Quod reliquum est,
conservet Te, Patrone Maxime,
Supremus rerum Arbiter in lon-
gam annorum seriem; Ego il-
lucescat ille dies, quo Te, No-
bilissimi Tui gaudium longe ma-
ximum, orbis literatus ornamen-
tum certissimum, Ego clientes Pa-
tronum desideratisimum lugeant.

Reverendissimi Nominis Tui

Eliens & cuktur humissimus

ANTONIUS LÖFGREN

Max. Rever. Amplissimoque **VIRO**,
MAG. P E T R O
T I L L A E O,

Inclutæ Dioeces. Arosiensis AR-
CHI-PRAEPOSITO longe meritissimo,
Templi Cathedr. ANTISTITI Dignis-
simo, & Consist. ASSESSORI primario.

PATRONO Magno.

Admod. Rev. atque Praeclarissimo **VIRO**,
Dn. G U S T A V O
E L V I O,

PATORI Norberckensium longe
meritissimo, atque adjacentis Distri-
ctus PRAEPOSITO laudatissimo,
E V E R G E T A E Exoptatissimo.

VIRO Spe
Dn. B E N E D I C T O
F A U T O R I

In venerabunde grataque mentis
leve bocce specimen cum perennis felici-
Admod. Rever. Ampliss. Specta-

Cultor obsequiosissimus
A.

VIRO Amplissimo atque Consulissimo,
Dn. GEORGIO
WALLERIO,
JUDICI Causarum rei metallicæ in
Norbercke, Säter, Noreberg &c.
longe æquissimo,
PATRONO Optimo.

VIRO Spectatissimo Experientissimoque
Dn. JACOBO
FISCHER,
Ad Regium Collegium Metallicum
Docimastæ prudentissimo,
FAUTORI Certissimo.

Estatissimo
ANT. MEDEEN;
Honoratissimo.
signum atque spem ulterioris favoris,
tatis adprecatione, offert
tiss Nominum Vestrorum
& observantissimus.

Clarissimo Philosophiae CANDIDATO,
Dn. ANTONIO
EÖS FORÖN.

Dantur Musici in patria nostra,
hoc præsertim tempore, præ-
stantes multi: verum si in Theo-
ria æque ac in Praxi versatos qua-
siveris, pauci admodum: quos tan-
men dari quam plurimos, magno-
pere optandum esset. Ideoque Tu-
ain industriam, Amicissime Do-
mine, non laudare nequeo, quam
ut in aliis scientiis, ita in hoc etjam
studio pulcerrimo collocasti, aperte
jam ostendens erudita dissertatione
de Baslo Fundamentalí, te Musi-
cum non modo practice, sed & theo-
retice doctum, adeoque vere fun-
damentalem, esse. Gratular indē,
& felicem rerum successum opto.

Holmiæ d. 15 Maii

1728.

FERD.-ZELLBECK

D. D.

DEFINITIO.

Bassus Fundamentalis est sonus gravissimus in Harmonia Musica, cui tantum consonantiae quam dissonantiae originem debent.

SCHOLION.

Quicquid in rotum universitate firmatum ac stabile invenerit, sicut fundamentum habet, in quo collatetur & subliestur. Sic etiam in Misticis quae de re ZARLINUS Inst. Harmon. terza pars cap. 58. in hunc modum differit: Comita Terra e posse per il fondamento dagli altri Elementi; così il Basso ha tal propria età, che sostiene, stabilita, foris per un accrescimento alle altri parti, concordia cum

A

è posto

2 posti per Bassa effondamento dell' Harmonia, onde è detto Basso, quasi Bassa & sottinenimento dell' altri parti. Ma si come avrebbe perduto l' Elemento della Terra mancasse (se ciò fosse possibile) che tanto bel ordine di cose ruinarebbe, & si guastarebbe la mondana & la humana Harmonia; così quando il Basso mancasse, tutta la cantilena si empirebbe di confusione & di dissonanza, & ogni cosa andarebbe in ruina. Unde sequitur, citra Bassum Fundamentalem, quem etiam Naturalem vel Radicalem vocare licet, ceterum omnium Syzygiarum principium, nullam sibi omnimode constare Harmoniam.

Syzygia scilicet, quæ perfecta vocatur, Consonantiarum, Tertia, Quinta & (si placet) Octava, Bassum Fundamentalem immodierte principio habet. Observa autem, Consonantias, dixidi in Primarias & Secundarias. Primum, quæ sole (quam reliquarum basar) huc faciunt, sunt jam dictæ, Octava, Quinta, & ambae Tertia, ex quibus componitur Syzygia illa perfecta & naturalis. Secundarie ostendit, Quarta, Sexta Major & Sexta Minor, subtilius quam primiarum consequen-

sequentiae, seu illarum complementarum ad Octavam cum, si ab Octava subducas Quintam, remaneat Quarta; si Tertiariam Majorem, Sexta Minor; si Minorem, Major: ideoque Basso eidem non inniti nequeint.

Quod denique ad *Dissonantias*, (neque enim his carere Symphonia præstantior potest) illas quoque in fundamento nostro contineri patet, mediante nostrum Septima (cum haec vel major vel minor sit; pariter illæ maiores sint vel minores) quam, tanquam illarum radicem seu principium, & proinde alterum Concentuum Capitalium sive Principalium genas, ut Bassus Fundamentalis admissat, necesse est. Confer Dissert. Acad. de *Triade Harmonica*, Upsal. 1727. Nos ratio propositæ brevitatis monet ad rem ipsam festinare.

PROPOSITIO I.

Progressionem Bassi fundamentalis ostendere.

Ne subito ac abrupte nimis harmonia status mutetur, Syzygia prorsus peregrina priorem excipiente; i. e. ut Concentus posterior cum priore ali-

qua saltem sui parte cohæreat, oportet Bassum Fundamentalem per intervalla consonantia procedere, nempe, per Tertiam; Quartam; Quintam & Sextam. Num autem Bassum adscendere per Tertiam, vel descendere per Sextam, adscendere per Quartam, vel descendere per Quintam, adscendere per Quintam, vel descendere per Quartam, adscendere per Sextam, vel descendere per Tertiam; perinde hoc fuerit: quia semper, ut dicitur, de Octavis idem est iudicium. Intervalla tamen progressionis minora majoribus hec prævalere notandum. Bassi hanc Fundamentalis progressionem, nec non simul, quomodo voces Basso tali concincentes nihilominus citra saltum progressiantur, sequens docet.

Exemplum.

Adsc. per 3. per 4. per 5. per 6.

Adsc. per 6. per 5. per 4. per 3.

Recte enim RAMEAU - (quem in hoc
argumento praecantem habemus) *Traité
de l'Harmonie l. I, c. 2.* Pour ce qui regarde
d'ailleurs la progression des parties, qui con-
tiennent chacune un son des accords, ZAR-
LIN nous a fait remarquer, qu' elle doit
être diatonique, & celle sujection lui viendra
de la progression de la Basse Fondamentale;
aussi pour peu que l'on connaisse la distance
des intervalles, l'on se sent porté comme
mal-gre soi, à donner à ces parties supé-
rieures cette progression diatonique, d'où
se forme une suite agréable d' accords,
sans que l'on soit obligé d' avoir recours à
aucune autre règle; la nature ayant pris
soin, d' elle même de nous conduire à la
perfection qui luy convient.

Si nimirum una cujuscunque partis
nota Bassi notæ sequenti concinere
potest per Tertiam, Quintam aut O-
ctavam, illa tunc manet; sin minus,
in ejus locum vicina succedit. Tertia
autem, Quinta aut Octava partium il-
larum acutiorum, cuiam ab initio ad-
signetur, parum refert.

PROPOSITIO II.

*Discrimen Bassorum Continui & Fun-
damentalis ostendere.*

Ne quis credat, nos entia præter necessitatem multiplicare, ut in proverbio est, sciendum, Bassi Continui progressionem esse Diatonicam, vel potius Diatonicico-Chromaticam, ipsumque omnis generis concentum harmonicum amare: Bassum vero Fundamentalem, uti jam diximus, non progredi nisi per Consonantias, nec in Syzygiis admittere, extra perfectam, nisi unicam Septimæ.

Exemplum.

The musical score consists of four staves of music. The top two staves represent the Bass Continui (Bass Continui), and the bottom two staves represent the Bass Fundamentum. The music is written in common time (indicated by '4'). The bass continuo parts show various harmonic progressions, including changes in key signature (e.g., from C major to G major) and rhythmic patterns. The bass fundamento part shows sustained notes and simple harmonic patterns.

SCHOLION.

Diversitas scilicet illa Syzygiarum Bassi Continui provenit ex ejus progressu

gressu a progressu Bassi Fundamentalis diverso. Quod si tamen unum cum altero conferas, quomodo uterque Bassus invicem consonet, seu quem ille ad hunc habeat respectum, facile videbis. Uno verbo: ipse Continuus non minus quam alia quævis vox, aut pars concinens superior, in fundamentali suum habet fundamentum, eique proinde per Tertiam, Quintam aut Septimam (adde, si placet, Octavam) consonabit.

PROPOSITIO III.

Modum tradere sub dato Cantu Bassum Fundamentalem componendi.

Constat, unicuique cantui suum naturalem esse Bassum; adeoque nomen non, qui vel Perfectæ Harmoniz gressu tangitur, Bassum Fundamentalem, Gaudentis saltem (ubi consonus omnino erit) convenientem, natura canere aut invenire posse. Verum ut hæc arte juvetur, sequentes observandæ sunt

Regulæ.

I. Cognoscendum erit, quem Modum, vulgo Tonum, tractamus. Deinde

A 4 animad-

animadvertisendum, ubi aliqua oscurrat. *Cadentia*, quod prima quidem vi-
ce in secunda vel quarta mensura fieri solet) perfecta, i.e. *Clausula Tonica*, ut
huic in primis Bassus consonans inveniatur. Sed potiores cadentiārum for-
mas, unde ipsae dignoscantur, ad no-
tam Tonicam v. gr. C. quas *ordinaries*
vel *domesticas*, iure appellaveris,
heic vide :



Cadentiae perfectae. Imperfectae.

II. Circa Cadentias vero *Peregrinas*, h. e. quae ipsi notae Tonicæ non con-
veniunt, videndum (ex Textu saltem)
an illæ Cantilenam absolvant, h. e.
an pro Clausulis formalibus habendæ
sint nec ne. Si hoc; permittatur o-
mnino Tonus. tum vero progredien-
dum erit ad *Dominantem* vel *Medianam*,
vel *Quintam*, vel *Sextam*, vel denique
Secundam Modi, a quo immediate dis-
cessitans. Idque hoc ordine, ut pri-
mo respicias Quintam, deinde, si illa
inutilis deprehendatur, Tertiam, &
porro. Haec quoque Cadentiaz digno-
scuntur,

scēntur, si cum prioribus conferantur
sequentia similiaque illarum ad Mo-
dum Dominantis, & alios, tam im-
perfectarum quam perfectarum

Exempla.


The image shows two musical staves. The top staff, labeled "Imperfect.", consists of three measures of music in common time. The bottom staff, labeled "Perfect.", consists of four measures of music in common time. Both staves use a soprano C-clef and a common time signature. The notation includes various note heads (circles, diamonds, crosses) and stems.

III. Cadentiārum sic habita ratione,
in reliquis Cantui per Tertiam, Quintam,
Octavam vel Septimam Bassum.
Fundamentalem concinere faciamus;
& quidem heic similiter præferendo
notæ Tonicae, seu ambitus in dato
modo, Quintam Tertiæ, Quartam sex-
tæ & hanc Septimæ (puta inferiori,
quæ Secundæ æquipolle). Videlicet,
ubi Cantus Basso, adscendenti ad Quin-
tam, concinere nequit, sumenda est
Tertia, Quarta, Sexta vel dēnique
secunda.

IV. Quamdiu Cantus Bassi notæ a-
licui per Tertiam, Quintam aut Octa-
vam consonare potest; hæc immutan-
da


da non est, nisi variatio Harmoniae id forte postulaverit. Namque ad primam quidem cujusque mensuræ tempus, tanquam principale, semper attendendum est; ita tamen, ut quæ Bassi nota simul sequenti mensuræ temporis conueniat; illa etiam præcedenti sit adsignanda. Observa notam G bene se habere; et non item.

Exemplum.



V. Quomodo etiam, variationis caussa, in Basso Fundamentali aliquando Cadentia seu Clavisula regularis, seu quæ sit per Quintam Modi, in irregularem Quartæ, Baseos finientis respectu, commutari queat, videamus.

Exemplum.



VI. Septima nonnunquam sine præparatione (quæ alioquin Suppositionis aut Syncopes beneficio pro illa æquæ ac Dissonantiis reliquis fieret) adhibetur, quum videlicet Cantus primo saltum faciat, & dein Bassi nota, quæ ante Septimam cecinit, manente, Cantus immediate post illam Diatonice moveatur, juxtaque Bassus adscendat per Quartam, ut sic per Tertiam vel saltum per Octavam uterque concinat.


In subjuncto scilicet exemplo progressio Cantus quidem per saltum est ab *N* ad *O*: non tamen perinde notæ *O* Septimam addere licet, Bassi nota præcedente immobili servata; quum nota Bassi sequens per Quartam adscensura, quæ foret *F*, suo Cantui *P* neque in Tertia respondere queat neque in Octava. Quare Bassum *N* pro Cantu *O* mutari oportet, & concentum perfectiorem eligi. Verum quod apud notas *N*, *O*, *P* desideratur, in *K*, *L*, *F* habes.

Exemplum.

The musical example consists of two staves. The top staff uses a soprano C-clef and has six notes: N, O, P, K, L, F. The bottom staff uses a bass F-clef and has six corresponding notes. The notes are connected by vertical stems, indicating a melodic line where the bass note follows the soprano note. The letters below the notes likely represent specific pitch names or solfège syllables used in the original text.

VII. Juvat etiam Notam quandoque bissecare , modo sequentis Exempli, quo conservetur consonans illa Bassus Fundamentalis progressio. Videlicet Notæ convenientiores Modo, qui tractatur, temporibus principalibus applicanda : suntque illæ , ut supra dictum, præter ipsam Tonicam seu Octavam, ejus Dominans , Quarta & Sexta. Interdum quoque ejus Secunda utimur , Mediane raro ; nunquam autem Septima in quocunque mensuræ tempore id sit: quoties enim non possumus poneam adhibere, Tonum mutari certum est , uti ex signis * & b , vel denique alio modo formata , ceu imperfecta , Cadentia peregrina judicare licet. En!

Exemplum.



PROPOSITIO IV.

Dato Principio Fundamentali Bassum Continuum seu Ordinarium componere.

Haud

Haud difficulter hoc præstamus, ex Notis Basso Fundamentalí signato consícentibus unam pro libitu sumendo, eique suam justam adscribendo signaturam; i. e. quæ formam seu modum, quo reliquæ jam huic concinuant, rite designet. Quum autem sic multiplex detur Bassus, observa

I. Ab initio tamen & fine aliquas concentus Bassum Fundamentalem variari, hisi per Octavas, non debet. Idem fere de nota Dominante, quæ Tonicam in Clavisulis seu Cadentiis regularibus semper præcedit, intelligendum, præsertim ad Symphonias finem.

II. Progressionem, ut hæc quantum commode potest, fiat melodica, Diatonicam servandam; nec non minora intervalla majoribus, v. gr. Tertiām Sextæ, præferenda esse.

III. Ad modicum Diffonantiarum usum earumque justas resolutiones atendendum.

Exemplum.

The musical score consists of eight staves of basso continuo music. Each staff begins with a bass clef and a common time signature. Numerical figures (1, 2, 3, 4, 5, 6, 7) are placed above or below the notes to indicate specific harmonic or rhythmic values. The music is divided into measures by vertical bar lines.

Bass. Fund.

SCHOLION.

Ad hujus Bassi elegantiam haud
parum dati Fundamentalis variatio aut
figuratio conduceit: nimirum, ut se-
quentia docent exempla, vel gradatim
ab

ab una ejus chorda ad alteram progre-
diendo, vel etiam per consonantia in-
tervalla; quo circa ad sonos Fundamen-
tales, quantum licet, respiciendum.

Exemplum.

A musical score for two voices (Soprano and Alto) in common time. The soprano part is in G major, indicated by a 'G' with a circle, and the alto part is in C major, indicated by a 'C'. The soprano starts with a half note followed by a quarter note. The alto enters with a half note followed by a quarter note. The soprano then moves to a quarter note, and the alto follows with a quarter note. This pattern repeats several times. Above the notes, Roman numerals indicate harmonic progressions: I, II, III, IV, V, VI, VII, and I again. Below the notes, numerical subscripts (e.g., 1, 2, 3, 1, 1, 2, 3, 1, 8, 1, 2, 3, 2, 1, 7, 5, 8, 1, 7, 6, 7) likely represent fingerings or specific harmonic functions.

Exemplum.

A musical score for two voices (Soprano and Alto) in common time. The soprano part is in G major, indicated by a 'G' with a circle, and the alto part is in C major, indicated by a 'C'. The soprano starts with a half note followed by a quarter note. The alto enters with a half note followed by a quarter note. The soprano then moves to a quarter note, and the alto follows with a quarter note. This pattern repeats several times. Above the notes, Roman numerals indicate harmonic progressions: I, II, III, IV, V, VI, VII, and I again. Below the notes, numerical subscripts (e.g., 3, 3, 8, 3, 5, 3, 7, 5, 3, 5, 7, 8, 17, 17) likely represent fingerings or specific harmonic functions.

Plura addere angustiæ temporis ve-
tat. Qui vero ulteriorēm hujus argu-
menti notitiam velit, consulat lauda-
tum RAMEAU in *Traité de l' Harmonie re-
duite à ses principes naturelles*.

Paris 1722, 4°.



Clarissimo Philosophiae
CANDIDATO
DN. ANTTONIO
LOGGRON
Populari & Amico Honoratissimo,
DE
Basso Fundamentali
egregie differenti.

Condere qui satagit turre, Fun-
damina ponit.
Sicque Bases habeat Musica
dulcisonas.
Has dum rite paras validas com-
ponere, LOEGROEN
Musis Te adscribi Musicus
ipse jubet.

Festinanti calamo
adplausi
TOB. WESTVELD.

